



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecyus, Johannes**

**Monachii, 1615**

XXV. In quo peccator Reipublicæ Christianæ moderatores offendat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

moderatores peccato mortali  
adeoque impio offenduntur. O  
monstrum immensum horrore  
& deformitate omnia alia vin-  
cens! O indomita fera, quis au-  
vitam tibi adimat, aut ferocita-  
tem tuam coerceat!

## CAPVT XXV.

*In quo peccator Reipublica Christiana  
moderatores offendat?*

**I**Neo, quia illis, vt & legibus,  
quas in conscientia quoq; ob-  
ligantes condere possunt, quem-  
admodum debet, nō subijcitur,  
Deiq; adeo ordinationi resistit;  
licet enim pacem & tranquillita-  
tem externā Reipublice Chri-  
stianæ, quam rectores illius cu-  
rant, non perturbet fortè, pieta-  
tem tamen omnem, quam ex di-  
uina lege ijdem quoq; spectant,  
& ob oculos perpetuò positam  
habent, negligit. Lex illa his  
verbis

Rom. 13. 1.

verbis D. Pauli continetur: *Ob- 1. Tim. 2, 1.*

*secro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate; hoc enim bonum est, & acceptum coram servatore nostro Deo. Quid quod ille pietatem Deique legem & præcepta sanctissima vigili cura servare ipse, & ut subditi quoque sui accuratè illa servent, modis omnibus laborare debet; Id quod impius in postremis habet. Obsecratio item, oratio, postulatio, gratiarum actio, pro Reipublice administratoribus à D. Paulo imperata, à peccatore prætermittitur; quin neque rectè utiliterque ab eo suscipi potest; eos ergo offendit, legiq; D. Pauli aduersatur. Præterea peccata, quæ*  
homo

homo impius admittit, in Re-  
publicæ moderatores influere  
liquando, exemplo, possunt,  
solēt, eos ergo lædit & offendit.  
Rursum, qui Deo non paret,  
impius non paret, fieri facit  
potest, vt neque Rectori com-  
munitatis obtemperet, cui  
obedienciæ Deo debita pars  
quædam gubernatoribus præ-  
stita obediencia, sicq; sceleribus  
suis Reipublicæ otium & tran-  
quillitatem peruertat: quô  
ritô superior offenditur; sicut  
& eo, quod impius sibi aditum  
præcludit ad laudem & hono-  
res, quos ex officio aliâs digni-  
tribuere solet; id quod non ex-  
guum etiam dolorem & mole-  
stiam ei afferre consuevit. At  
tandem, si nihil horum suppe-  
teret, vel eo superiorem Re-  
publicæ Christianæ peccator of-  
fendit, quod Deum ille, à quo

cum p  
publ  
nota  
soleat  
Eleph  
increb  
uatur  
vicio  
tandem  
derato  
runt,  
ingrat  
ti lam  
dum,  
stigma  
infam

Pr

HO  
te  
littus e  
endam

eam potestas administrandi Rē-  
publicam diuini amoris insigni  
nota manauit, grauius offendere  
soleat; Ingratissimi aliās, & inter  
Elephantes scribendi, de quibus  
increbuit, genua habere ad cur-  
uaturam enodia, & ad flexum  
vitiō naturæ inepta. Beneficia  
tandem, quæ Reipublicæ mo-  
deratores in peccatorem confe-  
runt, ne peccet, mouent quoq;  
ingratitude aliās nota, cāden-  
ti lamina per frontem vitulan-  
dum, vt dediscant alij eam, in  
stigmatia probam, in probro  
infamiam spectantes.

## CAPVT XXVI.

*Proximus mortali peccato of-  
fenditur.*

**H**omo nudus & inops ex v-  
tero, quasi ex naufragio in  
littus eiectus, reb. omnib. ad tu-  
endam vitā necessarijs sic desti-  
tutus